

penam fide præstita de hujusmodi sententia, alibi, & accusationem, & penam evitabat, secus si minore culpa tulerit penam in priori loco, Farinac. in prax. quest. 4. num. 3. (Leges in præcedentibus, & immediatis summariis citate recognoscantur.)

5 Accusatus in foro ecclesiastico, & in eo absolutus potest iterum in foro laico accusari, quoties delictum sit mixti fori, Bald. in leg. Placet cor. de sacros. eccler. Aret. const. 58. Sorge de Jurispr. for. tom. 9. cap. 1. n. 77. (Vide add. hisp. per tot. verb. Forum.)

6 Pari modo semel accusatus, & absolutus ab observatione Judicii, si nova sepevererint argumenta, iterum accusationis, & novi Judicii aleam subit, l. Libellorum §. Quod si libelli ff. de accusas. (Ad rem leg. 14. tit. 9. p. 4. l. 12. tit. 1. p. 7.) Intra quantum tempus verò hæc secunda accusatio, si nova superveniant indicia, possit institui, videtis Sorg. loc. cit. n. 78. per tot.

8 Item absolutus per transactionem ab alio accusari legitime potest, si sua intererit, cum unius remissio alteri obesse non debeat, l. 4. §. pen. ff. de repulchro violata.

9 Quare ut transactio plenè sortiatur effectum faciendam est cum omnibus habentibus jus accusandi, vel inquirendi, ideoque etiam cum Fisco, Carav. tit. 271. n. 23.

10 Ritè autem litæ transactione accusatum inter, & accusatorem litæ pendente ante sententiam, vel saltem pendente appellatione, accusatus morte, vel alia corporali pæna plecti nec potest nec debet, de Franch. dec. 370. prope fin. Sorg. tom. 9. cap. 70. n. 34.

11 Reus accusatus, si semel gratiam à Principe impetra-verit, & criminis absolutionem fuerit consecutus, nequit amplius de eodem delicto postulari, molestiis, & poenis affici ab eodem Principe, l. 10. cod. de sentent. passis. Clarus in pract. q. 59. vers. & hæc quidem. (Vide tit. 11. lib. 1. Reg. Ord. leg. 12. tit. 18. part. 3. tit. 32. part. 7. & tit. 25. lib. 8. Recop. Cust.)

12 Principis enim facultate aggregandi reos pollet in criminalibus, eamque potest alteri delegare, Sorg. dist. tom. 9. cap. 1. n. 82.

13 Reus se ipsum denuncians, vel accusans absolvendus esse videtur de jure civili per text. in l. unic. cod. de fam. libell. cum republice interit crimina non remanere occulta, lib. Eum qui 18. ff. de injur. & famm. libell. Consule Sorg. loc. cit. num. 85. ubi contraria reprobata sententia, rem rationibus & exemplis firmat.

Prudens Lector præ oculis habeat hæc S. Augustini verba lib. de Mendacio, cap. 3. tit. 6. opusc. col. lerb. 307. Ille mentitur, qui aliud habet in animo, & aliud verbis, vel quilibetlibet significationibus enuntiet. Unde etiam duplex cor dicitur esse mentientis, id est, duplex cogitatio: una rei ejus, quam veram esse, vel scit, vel putat, & non profert: altera ejus rei, quam pro ista profert, sciens falsam esse, vel putans. Observet an qui theoreticam sequitur ad num. 31. ad finem usque tituli comprehensam, aliud habet in animo, & aliud verbis an duplicem cogitationem: unam scilicet rei ejus, quam veram esse vel scit, vel putat; alteram verò ejus rei, quam pro ista profert, sciens falsam esse, vel putans. Quid si rem ita se habere perspexerit, num mentiri cum S. Augustino dicat: Et quando quidem juramento res prolata firmatur, eum perjuri reum esse asserat, quidquid dici possit in contrarium, eum videlicet veritatem confiteri, nullatenus obligari, aut talia non esse mendacia, cum restrictiones pure mentales non adhibeantur. Hæc etiam (pace tanti auctoris, vel potius Authorum, dixerim, à quibus inclitus auctor hæc desumpsit) subterfugia sunt, non alio tendentia nisi ut propositiones à S. Sede damnatas aliquo specioso titulo adhuc propugnentur.

ACEDIA.

SUMMARIUM.

- 1 *Acedia sic tripliciter sumi potest, & assignatur.*
- 2 *Acedia sumpta primis duobus modis non est peccatum, sed solum tertio modo.*
- 3 *Acedia quid sit.*

- 4 *Hæc acedia sumitur dupliciter, scilicet generaliter, & specialiter.*
- 5 *Acedia generaliter sumpta in quo consistat.*
- 6 *Acedia specialiter sumpta in quo consistat.*
- 7 *Acedia generaliter sumpta potest esse peccatum mortale, vel veniale, & assignatur quando unum, & quando alterum.*
- 8 *Acedia generaliter sumpta de se, & ex suo genere quando est plene voluntaria, ac deliberata, est semper peccatum mortale.*
- 9 *Potest tamen aliquando esse solum veniale.*
- 10 *Acedia Filie sunt sex, & enumerantur.*
- 11 *Maliitia quid sit, & quale peccatum.*
- 12 *Rancor quid sit, & quale peccatum.*
- 13 *Pusillanimitas quid sit, & quale peccatum.*
- 14 *Desperatio quid sit, & quale peccatum.*
- 15 *Torpor circa præcepta quid sit, & quale peccatum.*
- 16 *Evagatio mentis quid sit, & quale peccatum.*

**ACEDIA** ut sic tripliciter sumi potest. 1. Sumitur pro quodam tempore, & virtium naturalium habitudine ad laborem suscipiendum, qualis torpor, hebetudo, seu grave accidere solet circa meridiem, vel ob solis ardorem, vel ob sumptam perficitionem. 2. Sumitur pro passione appetitus sensitivi operis laborem, & difficultatem refugientis. 3. Sumitur pro quodam fastidio rerum spiritualium, seu tædio bene operandi. Acedia primis duobus modis sumpta non est, secundum se, peccatum, sed solum tertio modo sumpta; unde solum de ista erit sermo.

Acedia igitur est torpor mentis bona spiritualia inchoare abhorrentis, & inchoata perficere fastidientis. Erat in re comm. Hæc Acedia dupliciter sumitur, scilicet generaliter, & specialiter. Acedia generaliter sumpta consistit in omni fastidio, tædio, & torpore animi bona spiritualia facere negligentis, & sic sumpta non est speciale vitium, quia omne vitium refugit spirituale bonum virtutis oppositæ; sed est vitium illi virtuti oppositum, de cuius bono, & exercitio tristatur quis, in quantum est laboriosus, & corpori molestum, vel delectationis ejus impeditivum, ita ut si tristetur de bono continentie, sit luxuria, si de bono abstinentie, sit gula, & hujusmodi. Acedia specialiter sumpta, seu prout est speciale vitium, consistit in tædio, seu tristitia de bonis spiritualibus, & divinis, ut ad nos pertinentibus, ut si quis doleat, seu tristetur de amicitia, & gratia Dei, pro qua conservanda, & de gloria, & beatitudine æternæ, pro qua consequenda, dura, & difficilia sunt practicanda, & delectabilia fugienda.

Acedia generaliter sumpta aliquando est peccatum mortale, & aliquando veniale. Tunc est peccatum mortale, quando ratione talis Acediæ committitur aliquid opus prohibitum, vel omittitur aliquid opus præceptum sub mortali. Tunc autem est peccatum solum veniale, quando opus commissum non est prohibitum, & opus omissum non est præceptum sub gravi: vel quando in omissione, vel commissione deficit plenus consensus, & advertentia, vel quando lex, seu præceptum adimpletur quidem, sed cum displicentia, & tristitia. Comm. Acedia autem specialiter sumpta ex se, & genere suo, quando plene voluntaria, ac deliberata est, est semper peccatum mortale, quia directè repugnat charitati Dei; ratione enim talis Acediæ aperte villipenduntur Dei amicitia, & gratia, & æterna gloria, seu beatitudo, cum reputent indigna, ut comparentur difficili virtutum exercitio, victuorumque fuga obtineantur, quod est Deum postponere vilissimis creaturis, & indignissimis sensualibus, & brutalibus delectationibus. Potest tamen esse solum peccatum veniale, si nimirum media, seu opera injuncta pro tali consequendo sine adimpleantur quidem, sed cum aliqua negligentia, tristitia, aut displicentia, quia tunc est tantum animi remissi languor, qui non charitati, sed solum ejus fervori adversatur. Comm.

Filix Acediæ sex enumerantur à S. Gregorio lib. 31. moral. cap. 17. scilicet *Maliitia, Rancor, Pusillanimitas, Desperatio, Torpor circa præcepta, & Evagatio mentis* circa illicita, & impertinentia. *Maliitia* non sumitur hic prout est quid commune omnibus vitiiis, sed accipitur specialiter pro ea maliitia, qua quis odio habet

- ipsa bona spiritualia secundum se; vellet ea non esse: dolet, quod bene fecerit; cuperet non fuisse natum, vel creatum à Deo: vellet non agnosce Christum, & hujusmodi, adeoque ipsa beneficia Dei contemnit. Talis maliitia sic sumpta ex genere suo est peccatum mortale, nisi excuset imperfectio adus. *Rancor* etiam non accipitur hic communiter pro omni odio, sed solum pro quadam indignatione contra eos, qui ad divina, spiritualia, & salutaria hortantur, & inducunt; talis rancor est ex se solum peccatum veniale, nisi conjungatur cum gravi odio.
- 13 *Pusillanimitas* est animi dejectio, seu mollities, qua quis formidat aggredi ea, quæ sunt perfectionis, ne aliquando deficiat, ut cohibat amplecti, religionem ingredi, jejunia, aut castigationes, seu mortificationes exequi; talis pusillanimitas est de se solum peccatum veniale, nisi concurrat transgressio mortalium alicujus præcepti, vel voti.
- 14 *Desperatio*, intellige, consequenda æternæ beatitudinis, est gravissimum peccatum in Spiritum Sanctum, si pleno rationis consensu fiat. *Torpor circa præcepta* est voluntas grave in impatiens, indeque quæ sunt ex præcepto faciendi, vel penitus omittens, vel tardè, & pigre faciens; talis torpor potest esse peccatum mortale, vel veniale, prout præcepta vel penitus omittuntur, vel tardè, & pigre adimplentur. *Evagatio mentis* est, qua quis in exercitio operum spiritualium evagatur circa illicita, aut saltem impertinentia; & hæc respectivè ob ipsam mentem se ad diversa diffundere volentem dicitur *mentis importunitas*; respectivè ad cognitionem, *Curiositas*; respectivè ad locutionem, *Verboritas*; respectivè ad propositum, *Instabilitas*. Talis evagatio mentis de se est solum peccatum veniale; erit tamen mortale, si fiat notabiliter eo tempore, quo requiritur ex præcepto mentis attentio, ut in auditione Missæ, recitatione Horarum &c.

ACOLYTHUS.

SUMMARIUM.

- 1 *Acolythus idem est ac Ceroferarius.*
- 2 *Acolythi officium assignatur.*
- 3 *Acolythus non potest dispensare Eucharistiam.*
- 4 *Acolythi, sive alii Clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam Epistolam, vel Evangelium, etiamsi sit penuria Diaconorum, & Subdiaconorum.*
- 5 *Contrafacientes debent puniri.*
- 6 *Acolytus, seu alius Clericus, qui solemniter cantat Epistolam cum tunicea, & reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem irregularitatis ad cautelam, & idem est dicendum de Clerico non Diacono, qui cantat Evangelium sine stola.*
- 7 *Supplementa ex aliena manu, ad num. 10.*

**ACOLYTHUS** idem est, ac Ceroferarius d. 21. c. Cleros. Acolythi officium est Innua accendere, & deferre, urceolos vini, & aquæ ad missæ sacrificium præparare, dist. 25. c. Perfectis. (Concordat leg. 11. tit. 6. p. 1.) Concil. Mediol. II. p. 2. tit. de Acolythi. Acolythus non potest dispensare Eucharistiam, dist. 24. cap. Nullus.

- 1 Acolythi, sive alii Clerici in minoribus non sunt assumendi ad cantandam Epistolam, vel Evangelium, etiamsi sit penuria Diaconorum, & Subdiaconorum; Sac. Rit. Congr. in una Alexandrina 15. Martii 1608. Et contrafacientes debent puniri, sed non pena valde rigorosa, si cantaverint sine stola, vel manipulo respectivè; Sac. Rit. Cong. in una Lucan. 9. Januarii 1601.
- (Advertendum est, quod Sac. Rit. Congr. in Collen. 5. Julii 1698. decrevit, quod deficiente Subdiacono pro missa solemnè, data necessitate, potest permitti per Superiores, ut substituatur constitutus in minoribus ordinibus ad cantandam Epistolam paratus sine manipulo.)
- 2 Acolythus, seu alius Clericus, qui solemniter cantat Epistolam cum tunicea, & reliquis sacris vestibus, sed absque manipulo, debet petere dispensationem Irregularitatis ad cautelam; & simile est dicendum de Clerico

non Diacono qui cantat Evangelium sine stola; Sac. Congreg. Conc. 23. Apr. 1604. apud Nicol. *Lucubrations* uniusque juris Canonici, & Civiliis, p. 2. fol. 220. Vide verb. Missa art. 12. post Decret.

Acolythi, seu Acoluthi græce, sonant latine Ceroferarii juxta Isidorum. Sic rectius latine appellantur *Comites*, *Assæla* juxta Duarenum de Benefic. lib. 1. cap. 14. qui opinatur eos idcirco fortasse sic dictos, quod Episcopos, quocumque proficiscerentur, comitabantur. Nec sane hoc longe à vero abest. De veteri enim Ecclesiæ disciplina fuisse, ut Episcopi, ac Presbyteri comites sibi, tanquam perpetuos vitæ testes, Clericos adjungerent, testantur can. 58. & 60. caus. 2. q. 7. & Greg. Turon. lib. 6. cap. 36. Præterea magnam fuisse Acolythorum fidem, ita ut propter ecclesiastica negotia ipsi tanquam Tabellarii ab Episcopis mitterentur ad Episcopos, habetur ex Cypriano lib. 2. ep. 8. & 10. ac lib. 3. ep. 7. 11. & 24. Sed aliæ tandem Acolythi data fuerunt partes, de quibus Concil. Carthag. IV. can. 6. forsam quia charitate deinde defervescente, illorum testimonium Episcopi, & Presbyteri ægre ferre cœperunt.

Acolythos præterea, uti & tres alios minorum ordinum Clericos, meminisse primus videtur Cornelius ep. ad Fab. apud Buseb. lib. 6. c. 43. Auctor epistolæ ad Antiochenos falso Ignatio adscriptæ lib. 2. c. 11. & lib. 8. c. 26. & Auctor canonum, qui dicitur Apostolorum can. 69. de aliis minoribus Clericis mentionem habent, sed de Acolythi, ne verbum quidem. Ad hoc inde promanavit, quod non fuit certus, nec semper ubique idem Clericorum minorum numerus in Ecclesiâ primitivâ. Sic Joann. Chrysostomum à Lectoratum, nullo alio interjecto ordine, ad Diaconatum fuisse promotum, testes sunt Pallad. in ejus vita, & Socrates l. 6. cap. 3. Facit quoque can. 13. Conc. Sardicen. tum mos Græcæ Ecclesiæ, quam unum tantum Clericorum minorum ordinem, nempe Lectoratum, adoptasse ab antiquis usque temporibus scimus: initium aliter Morinus de Ordine exerc. 15. c. 1. aliter statuit Schelstratus Conc. Antioch. rest. dist. 4. c. 17. art. 2. (Vide leg. cit. n. 2.)

Non est igitur, ut Acolythorum ordo cum aliis minorum Clericorum ordinibus ab Apostolis repertus, ut placet Baronio ad ann. 44. n. 78. Bellarmino de Clericis lib. 1. c. 11. & Schelstrato l. c. spuris & apocryphis quibusdam veteribus monumentis allegatis, tum adducto rest. 23. Conc. Trid. c. 17. de reformat. Non enim laudata Synodus, si rectè perpendatur, id sensit.

Hinc non probari ab Apostolis fuisse minores Clericos institutos, aperte docent Card. Bona rer. hung. lib. 1. c. 25. n. 17. & Amalar. Fortunat. de Offic. Eccl. lib. 2. c. 6. At ii, quibus Sac. Trid. Synodi verba prout literaliter sonant, accipere religio est, non aliter sententiam suam susinere possunt, quam dicendo posse minores Clericos sua origine apostolicæ institutionis dici, quatenus comprehendebantur Diaconatu; cum olim omnes Diaconorum essent partes illæ, quæ crescente fidelium numero fuerunt postea paritate ac tributa minoribus Clericis in Diaconorum levamen institutis. Adeundum est Van-Espen jur. eccler. univ. p. 1. tit. c. 2. §. 1. n. 1.

ACTOR.

SUMMARIUM.

- 1 *Actor dicitur is, qui petit, & iudicium provocat.*
- 2 *Actori incumbit onus probandi.*
- 3 *Actor non probante, reus absolvitur.*
- 4 *Actor petens rem ex certa causa, si causam non probat, succumbit.*
- 5 *Actor non tenetur jurare, si plene probat.*
- 6 *Actor tenetur sequi forum rei.*
- 7 *Actor non potest mitti in possessionem absente reo.*
- 8 *Potest tamen mitti in possessionem causa custodia, si lite non contestata, reus est consummas.*
- 9 *Actor obtinens possessionem coram iudice, non tenetur coram eo respondera de proprietate, si est alterius fori.*



- 10 Actor, & reo ejusdem Civitatis existentibus, neuter conveniatur extra eam.
- 11 Actor non admittitur ad litigandum, nisi det libellum in scriptis.
- 12 Actor citans, & non comparens in termino, tenetur ad expensas eo usque factas a reo.
- 13 Actor non potest exigere a reo scripturas contra reum.
- 14 Actor non licet quod nec reo licet.
- 15 Actor excommunicatus non potest agere. Immo actor excommunicatus a iudice est repellendus ex officio, etiamsi reus non opponat.
- 16 Potest tamen ipse excommunicatus in iudicio conveniri, & debet per alium in iudicio respondere, ne videatur de sua malitia commodum reportare.

1 Actor dicitur is, qui petit, & ad iudicium provocat, l. Intribus ff. de iudiciis. (Leg. 1. & 40. tit. 2. p. 3. Vide infra add. hispanicum incip. in circa. Leg. 1. tit. 2. lib. 4. Recop. Cast.) Actor incumbit onus probandi, l. 8. & l. Actor. 25. cod. de edend. l. 2. ff. de probat. Agere non probante reus absolvitur, l. Quia accusare, ubi DD. cod. de edend. Ur Ecclesiastica beneficia &c. cap. unic. (Leg. 26. tit. 1. lib. 2. For. jud. Leg. 1. & 2. tit. 7. l. 2. For. Reg. Leg. 15. 39. 43. tit. 2. & l. atque 2. tit. 14. p. 3.) Actor petens rem ex certa causa, si causam non probat, succumbit, de sentent. & re iudicata in 4. c. Abbas. Actor non tenetur jurare si plene probat, de prob. cap. Sic consuetudo.

6 Actor tenetur sequi forum rei, c. Experientia c. Si quis cum Clerico 11. q. 1. (Leg. 1. & 2. tit. 1. lib. 2. For. Reg. Leg. 32. ubi late tit. 2. & leg. 7. tit. 4. p. 3. Conducit lex. 1. & 2. tit. 24. p. 4. Vide etiam leg. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. Cast. leg. 4. tit. 3. p. 3. leg. 14. tit. 2. lib. 3. Ord. Reg.) Concil. Lateran. III. de testib. cogen. cap. 7. Rota Rom. p. 1. decis. 103. num. 3. & part. 13. dec. 70. num. 71. Actor non potest mitti in possessionem absente reo, Conc. Lateranens. III. in appendic. de dolo, & contumac. & cod. tit. cap. Ad hac cum contingat. Potest tamen mitti in possessionem causa custodiae, si lite non contestata reus est contumax. Ur lite

Quod Actor in bonorum possessionem mitti possit, si lite nondum contestata Reus contumax fuerit, pro contempto habetur, sed non tantum custodiae causa, prout ab Auctore, dum a Iudice seculari per viam de Amentamento proceditur: nam, si comparere renuerit, aut causam deserat, duplici modo valet adversus eum procedi: primo, observato in causa ejusdemque tribunalis stylo, via ordinaria potestusque ad sententiam definitivam iudicium sequi, tamen si lite contestata non sit; sin autem hoc remedium Actor non amplectatur, intenditque ad primum, & secundum decretum devenire, viam supradictam eligendo, qua utatur actione erit inspicendum: si reali, citatione, contumacia incusatione, & ejus de calumnia juramento scrutatis, a Iudice decernitur, quod in rei petita mittatur possessionem: verum enim verò, Reo intra bimestre haud comparente, illico Actor versus efficitur possessor, missione in possessionem non indigens, cum ipso legis ministerio fiat; si personali, praevius supradictis a Iudice animadversis diligentibus, in bonorum possessionem pro debiti, & expensarum quantitate missio decernitur, uniusque mensis termino transacto, erit in Actoris manu, bona possidere, vel petere, ut vendantur; ex quibus omnibus patet, Actorem in possessionem missum propter contumaciam Rei, cum versus efficitur possessor, custodiae causa solum cognitione ingredi possessionem contemnendum esse. (1)

(1) L. 1. tit. 11. lib. 4. Los rebeldes que no quieren venir ante el Juzgador a los emplazamientos que les son puestos, no deben ser de mejor condicion que los que vinieren a pasescer ante ellos; y por esto tenemos por bien, y mandamos que, si el demandado fuere emplazado en persona por el emplazamiento, y no viniere al plazo, o si viniere, y se fuere sin mandado del Juzgador, que dede en adelante que el Juzgador vaya por el pleyto adelante a recibir testigos del demandador, o otras pruebas que hubiere para probar su intencion, asi como si el pleyto fuere contestado, y dar sentencia definitiva en el sin otro emplazamiento; pero si el demandador quisiere, y pidiere que se haga asentamiento, y no quisiere ir por el pleyto adelante a dar pruebas en el, que el Juzgador sea tenuto a lo hacer; y el asentamiento que se haga en esta manera: que si la demanda fuere real, que el demandador sea puesto en la tenencia de la demanda; y sea tenido el demandado de venir a purgar la rebeldia hasta dos meses del dia que fuere puesto, y hecho el asentamiento, o lo embargare el demandado que no se haga; y si fuere demanda personal que sea puesto el demanda-

non contest. cap. Tuz fraternitatis. Actor non obtinens possessionem coram Iudice, non tenetur coram eo respondere de proprietate, si est alterius fori, De iudiciis, cap. Significaverunt. Actor, & reo ejusdem civitatis existentibus, neuter conveniatur extra eam, de rescriptis in 6. cap. Statutum §. cum eo.

Actor non admittitur ad litigandum, nisi det libellum in scriptis, de oblation. c. Significatibus. (Leg. 1. tit. 11. For. Reg. Leg. 40. sup. citat. Leg. 12. tit. 9. p. 4. Leg. 1. tit. 1. & Leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. Cast. Vide secundam add. hispan. In verb. Iudicium incip. Causa modici. Conducit lex 9. tit. 6. l. 4. ejusd. Recop.) Actor citans, & non comparens in termino, tenetur ad expensas eo usque factas a reo, Conc. Lugdun. Gen. l. de dolo, & contumac. in 6. cap. 1. Actor non potest exigere a reo scripturas contra reum: de probat. cap. 1. Actor non licet, quod nec reo licet: de regulis juris in 6. Regula 32. Actor excommunicatus non potest agere: de exception. cap. Dilecti filii, Immo actor excommunicatus a Iudice est repellendus ex officio, etiamsi reus non opponat: de exception. in 6. c. 1. Potest tamen ipse excommunicatus in iudicio conveniri, & debet per alium in iudicio respondere, ne videatur de sua malitia commodum reportare: de iudiciis cap. Intelleximus.

De Actore celebris est juris regula, quam tradit Ulpianus lib. 26. ad edictum relata in l. 41. ff. de reg. jur. scilicet; Non debet auctori licere, quod reo non permittitur. Favorabiliores enim rei, quam actores in iure nostro sunt. Hinc & aliae sequuntur regulae. Multa enim actori prohibita sunt, quae reo permittuntur; & e converso: Quod actori licet, multo magis reo permittitur, ut explicat concinne Gothofredus ad reg. jur. reg. 20.

Differentia quoque statutus maxima in iure actorem inter, & Reum in eo, Actor quod possit una tantum actione in eodem iudicio experiri: Reum autem est contra permissum sit variis simul exceptiones cumulare, multiplicare, immo pro libito variare; l. Qui §. 1. Nemo 8. ff. de excepti. Gothofredus ad regul. juris reg. 43. (L. 1. tit. 1. l. 1. tit. 4. 1. tit. 5. lib. 4. ejusd. Recop.)

Actoris conditionem in causa mellosem fieri post litis

dor en tenencia de tantos bienes muebles del demandado, si le fueren hallados, hasta en quantia de la demanda; y si bienes muebles no le hallaren, que sea hecho el asentamiento en bienes raices, y sea tenido el demandado de purgar la rebeldia hasta un mes del dia que el asentamiento fuere hecho, o lo embargare el demandado que no se haga como dicho es; y si no viniere a purgar la rebeldia a los dichos plazos, que dede en adelante el que asi fuere asentado, que sea verdadero poseedor, y no sea tenuto de responder al demandado sobre la cosa que asi tiene, salvo sobre la propiedad; pero el demandador fuere presentado en bienes de su contenido por demanda personal, y seyendo pasado el mes de asentamiento, quisiere mas que le sea pagada la quantia de su demanda que no tener la posesion, que entonces que sean vendidos por mandado del Juzgador, y de lo que valieren, que sea entregado el demandador de la quantia, que puso en su demanda, y de las costas; y si mas valiere, que sea entregado en lo demás que valiere el demandado; y si menos valiere, que lo que menguare, que sea tenido el demandado de lo pagar, y el Juzgador que lo haga asi cumplir luego.

tis contestationem, nequaquam verò deteriorem, probat idem Gothofredus egregie de more pluribus rationibus, quas cumulat ad regul. juris reg. 37.

Actor nequit pro libitu a iudicio incepto desistere, Auth. Qui semel. c. Quomodo & quando. Potest autem terminus est a Iudice praefixi, intra quem probationes suas in medium deducat, aliàs reus absolvatur.

Non semper dicitur actoris personam in iudicio sustinere is, qui primo provocavit; Sic v. g. in iudicio in vim l. Diffamari Actor ille est, qui convenitur, reus autem est ille, qui uti diffamatus agit. Remedium enim l. Diffamari actio proprie non est, sed imploratio officii in iudiciis, unde diffamatis reorum beneficia competere certi juris est; idè diffamatos loco reorum esse praxi receptum, & communiori DD. calculo ostendit Mundius de diffamation. in proam. n. 59. & seq. solidè refutata nonnullorum sententia, qui cum Decio cons. 847. n. 10. in contraria sunt opinione.

Actor non solum libellum Iudici offerre, sed amplius eundem tenetur parti intimare, ut exinde reus commodè possit deliberare, velit necne liti credere, vel eidem insistere, l. 3. cod. de edend. c. 2. de libell. oblat. Debet insuper in libello obligationis titulum, & causam deducere, Sorge jurispr. for. tit. 8. c. 41. n. 2. & 3.

Deserta instantia, actor, nisi expensas reo obtulerit, audiendum non est, dummodo persona non sit privilegiata, Ursill. ad Afflic. dec. 70. n. 3. Item si instituto nulliter primo iudicio, novum instituat, tenebitur prius reo omnes expensas refecere: Quae si fortè illiquidæ fuerint, partis juramento poterunt liquidari, si ejus error in primo iudicio fuerit notorius, Afflic. dec. 70. n. 4. per tot. quod tamen probat omnino Ursill. ibid.

ADJUNCTI.

SUMMARIUM.

- 1 Aggredi, quot, & quales, & a quibus eligi debeant, ad num. 8.
- 9 An, & in quibus causis, Episcopus sine Adjunctis procedere possit, ad num. 30.
- 31 Episcopus duarum Cathedralium, quo Adjunctos habere debeat.
- 32 Episcopus quo Notario & Fiscali uti debeat in casti, ad num. 34.
- 35 Quinam possint esse Adjuncti, ad num. 36.
- 37 Eorum privilegium.
- 38 Quinam uti possint Adjunctis, ad num. 39.

Ut circa Actoris libellum Reus deliberare possit, quid sibi conveniens sit, non solum eam iudici offerre, partique intimare tenetur, sed continere rem certam debet, sub declarationibus, & exceptionibus hispanica lege comprehensis; (1) verum tamen, dum in libello actio personalis deducitur, pernece causa remota praeter proximam erit exprimens: sin aliter Reus deliberare minime poterit, cedere, an contendere valeat. (2)

(1) L. 4. tit. 2. ejusdem: Mandamos, que porque la verdad de las causas se pueda mejor saber y sentenciar, y los demandados puedan determinar, si les conviene litigar o no, y mas ciertamente se puedan defender y responder; que las demandas que pusieren sean ciertas, y sobre cosa cierta, declarando el actor si pide propiedad o posesion, o todo junto, y si de bienes raices, declarando el lugar do está, y los linderos, como está dispuesto por la ley de Partida; y si sobre bienes muebles o semovientes, declare los nombres y sexos, y sefiales y edades; y si es cosa que se pesa o mide, declare el metal y peso, y medida de lo que fuere; y lo mismo si pidiere alguna pieza de plata o oro; y si moneda, declarando la qualidad y valor de ella; y lo mismo en los paños y vestidos, declarando las varas y qualidad de ellos, y color; y lo mismo en todas las otras cosas; y si pidiere restitucion de posesion, el año y mes en que fué despojado, y por quién; y si fuere querrela, é acusacion, declarando el delito, como y por quién, y en qué lugar, y en qué año y mes se cometiò; y si las tales demandas ó acusaciones no fueren ciertas en la manera susodicha, mandamos que no se resciban y repelan, fasta

40 Substantur Additiones ex aliena manu, ad n. 43.

Pro Adjunctis Concil. Trid. sess. 15. de reformat. c. 6. statuit, ut Capitulum initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel ejus Vicarius, tam in formando processu, quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem causae inclusive coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum tantum sit utriusque votum, possitque aliter Episcopo accedere. Quod si ambo ab Episcopo discordent in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant. Et si in electione tertii discordent, ad viciniorum Episcopum electione devolvatur, & juxta eam partem, cum qua tertius convenit, articulus, in quo erat discordia, terminetur; aliàs processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant juris effectus. Hucusque Concilium. Privilegio tamen hujus decreti non gaudet Ecclesia in Cathedrali erecta post Tridentinum, quae prius non erat exempta, sed in omnibus Episcopo subjecta, & sic talis Ecclesiae Capitulum nequit habere Adjunctos, seu Conjudices, sed in omnibus, ut prius, subiacet absolute Ordinario, ut declaravit Sac. Cong. Concilii teste Armendar. tit. 6. de Visit. n. 67. & l. 7. de Episc. n. 88. Et Sac. Cong. Episcop. in una Vienn. 5. Febr. 1700.

De mandato igitur Sacri Concilii tenetur Capitulum initio cujuslibet anni duos eligere, qui cum Episcopo contra Capitulares procedere debeant. Isti duo debent necessario esse de gremio Capituli ex praecisis verbis Concilii, eligat ex Capitulo duos, sicut & tertius electus in casu discordiae, ut declaravit Sac. Cong. Concil. semel in Palentina, & bis in Conchens. teste Card. de Lugo respons. moral. lib. 5. dub. 13. n. 12. Et omnes tenentur prestare juramentum in loco capitulari in manibus ipsius Capituli statim secuta electione ex Sac. Cong. Concil. in Majoricens. 16. Martii 1652. Si Capitulum in principio anni illos duos non elegerit, potest Episcopus procedere per se solum, dummodo illud moneat prius; sic resolutum fuisse a Sacra Cong. Conc. testatur Piasen. in prax. Episcop. part. 2. c. 2. n. 9. Episcopus nolente, vel non valente contra Capitulares delinquentes procedere, non devolvitur jurisdictione ad Adjunctos, ut resolvit Sac. Cong. Conc. teste Ludov. a Saravia in speciali tract. de jurisdictione Adjuncti. g. 5. Nec nolentibus, aut valentibus Adjunctis, seu Conjudicibus contra Capitulum procedere, jurisdictione devolvitur ad Episcopum, sed semper ad Superiorem: Sic decrevit Sac. Cong. Conc. ut refert Arment-

que se pongan ciertas; salvo en los casos y cosas que se puede poner demanda generalmente, asi como sobre herencia ó cuenta de bienes de menor, ó de mayordomia, ó de compafia, ó en otras cosas semejantes; ó si se pidiere Villa ó Castillo, que baste pedirlo con todos sus terminos, derechos y pertenencias, aunque no se diga quáles y quantas son; y lo mismo pidiendo arca ó baul, fardel ó maleta, ó barjueta ó fardel, que se obiere dando cerrada ó sellada en guarda, que aunque no declare las cosas particularmente que estuvieren dentro, baste pedirse generalmente, y lo mismo si se pidiere cosa de peso ó medida, ó otra cosa, si jurare al tiempo de la demanda que no sabe, ni puede mas declarar, y protestare que farà mas, y mejor declaracion en la prosecucion de la causa y pleyto.

(2) L. 40. tit. 2. p. 3. ibi: Ante vos Don Fulan Juez de tal lugar: yo tal ome vos querello de fulan, que me debe tantos maravedis que le preste: Onde vos pido, que le mandes por juicio, que me los des. E esta manera misma deben tener todas las otras demandas, que se hacen en juicio ::



- 12 mendar. l. 7. de *Episcop.* n. 89. additque ipsa Sac. Cong. Conc. teste Pignatell. tom. 9. consult. 129. n. 15. quod, ut valeant sententiae, & decreta in casibus hujusmodi, sint exprimenda, & pronuntianda sub nomine simultaneo Episcopi, & Adjunctorum: v. g. Ego N. Episcopus de consilio, & assensu N. & N. Adjunctorum ita pronuntio; aliis processus, & inde secuta essent nulla, ex eadem Sacra Congreg. in una *Hispalen.* 1. Sept. 1589.
- 13 Solus autem Episcopus sine Adjunctis poterit in principio ad informationem summariam, & necessariam detentionem rei procedere in criminalibus ex incontinentia provenientibus, & in aliis atrocioribus delictis, quando de fuga timeatur. Habetur expressè ex ipso *citat. Concil. sess. 25. cap. 6. ibi:* "In criminalibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de concubiniariis, & atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requiruntibus, ubi de fuga timeatur, ne iudicium claudatur, & ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere, servato tamen in reliquis ordine præmissis. In omnibus autem casibus ea ratio habetur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentis ipsi in loco decenti custodiantur." Et tunc ratione fugæ, quæ timeatur, potest Episcopus procedere etiam absque monitione, & alia forma, & ut decrevit Sac. Cong. Conc. teste Nicol. Garc. de *benefic. part. 1. c. 10. n. 186. declarat. 7. & Armend. lib. unico n. 7. & 8.*
- 14 Solus Episcopus sine Adjunctis potest procedere contra Capitulares, quando totum Capitulum deliquit sic decisum fuit à Sac. Cong. Concil. teste Seraphin. *decir. 1060. n. 6.* Ludovic. à Saravia *tract. de jurisdictione Adjunctor. q. 5. n. 4. & q. 6. per totum; ubi num. 8.*
- 15 asserit, quod si reperitur unus in Capitulo, qui non deliquerit, iste procedat simul cum Episcopo, dummodo tamen delictum non sit in personam Episcopi, vel in contemptum ejus, vel ubi Episcopus habeat interestè, quia tunc facultas procedendi contra Capitulares devolvitur ad proximum Superiorem, ut decisum fuisse à Sac. Cong. Concil. refert Armend. l. 7. de *Episcop. num. 90.* & Ludovic. à Saravia d. q. 6. num. 5. & 6. Potest etiam sine Adjunctis visitare corpus ecclesie cathedralis, & sacramentum, reliquias, vestes, ornamenta, ceteraque ad cultum divinum destinata, capellas, capellanas, dotationes, anniversariorum institutiones, memorias defunctorum, pia opera, & bona fabricæ, seu ecclesie, ut decrevit Sac. Cong. Conc. teste Armend. in *addit. ad recopil. legum Navarr. lib. 1. tit. 7. de visitat. num. 123.* Potest etiam visitando sine Adjunctis peccata, & excessus Capitularium, quos correctione, & punitione dignos reperit, corrigere, punire, & emendare, non tamen pœna ordinaria, sed ea, quæ ad morum magis emendationem, quam punitionem respiciat: sic decidit Sac. Cong. Concil. in *Oriolen. 27. Martii 1632. in respons. ad 5.* Adjunctis enim uti in his non tenetur Episcopus contra Capitulares, sive extra visitationem, ut censuit Sac. Cong. Conc. in *Gerunden. 19. Decemb. 1730.* Potest etiam sine Adjunctis procedere in personam capitularem delinquentem in exercitio Curæ animarum, quam obtinet extra ecclesiam capitularem, quia tunc non punitur ut Canonicus, sed ut Curatus. Ita Seraphin. *decir. 1058. per tot. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 25. num. 61. in fin.* Potest etiam sine Adjunctis procedere ad privationem Canonicorum ex cau-

Ad omnem speciem, & imaginem successione in beneficiis radicibus abolendam, uti bonis moribus, auctoritati, meliori cultu divino, ecclesiasticæque hujus monarchie disciplina parum conformem: fuit merito lata resolutio, omnino prohibens Coadjutorias in præbendis, ac inferioribus beneficiis, etsi bullæ expendantur: nam remittende erunt ad Regium Consilium, conveniens providendi ergo. (1) Sufficit in præsentiarum asserere, Coadjutorias vix cognosci, obiectumque proinde jurisdictionis Adjunctorum cum Episcopis erga illos.

(1) *Ault. Ac. q. tit. 3. lib. 1.* No conviniendo al servicio de Dios, y siendo cosa odiosa, y de mal exemplo la frecuencia de las Coadjutorias en las Iglesias Catedrales y Colegiales, y todas las demás, como opuestas á los Sagrados Cánones y disposiciones Conciliares, y en especial al cap. 7. de la sesion 25. de Reformation del

- sa, quod ordines suis præbendis annexos non susceperint. Sic decisum fuisse à Sac. Cong. Conc. refertur Aloys. Ricc. in *praxi rerum fore eccles. resolut. 448. n. 2. & 3.* Ludovic. à Saravia *tract. de jurisdictione Adjunctor. q. 18.* Potest sine Adjunctis exigere rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli spectantium, dummodo non procedat ad privationem, vel alias criminaliter in forma Judicii; Sac. Cong. Conc. in *Oriol. 27. Martii 1632. in respons. ad 7. (Vide add. hisp. in verb. Administrator, capella, mulctæ, & visitare.)*
- Episcopus potest sine Adjunctis procedere contra Capitulares ob non residentiam, dummodo non procedat in privationem, sed pœnas à Sac. Cong. Trid. præscriptas; Sac. Cong. Conc. 27. Martii 1632. in *Oriolen. in respons. ad 13.* Potest etiam Episcopus sine Adjunctis procedere ad abstractionem fructuum, & mulctas ab eo impositas contra Canonicos habentes Capitulum eo tempore, quo divina officia celebrari debent, nisi aliqua urgens causa in aliud tempus differri non patiatur; Sacra Cong. Concil. 27. Martii 1632. in *d. Oriol. in respons. ad 11.* Potest sine Adjunctis procedere contra Pensionarios habentes vocem in Capitulo, qua licet admittantur in Capitulo, & in eo habeant vocem, non possunt tamen dici de Capitulo. Rota Rom. part. 1. *Recent. decis. 416. n. 6. & decisum fuit à Sac. Cong. Conc. ut refert Armend. cit. tit. de visit. n. 6. de Episcop. n. 91.* Potest sine Adjunctis rationes exigere ab officialibus ex gremio Capituli constitutis Sede vacante, nisi velit criminaliter ad eorum privationem, & correctionem procedere. Sic decrevit Sacra Cong. Conc. ut refert Nicol. Garc. de *benefic. part. 5. c. 7. n. 23. & in Gnesnen. 14. Apr. 1725. ad 1. dub. Potest sine Adjunctis procedere ad pœnas contra Capitulares non observantes Festum S. Augustini ab eo indictum, ut censuit Sac. Cong. Conc. in *Hispalen. 7. Sept. 1630.**
- Nequit Episcopus sine Adjunctis procedere contra Coadjutores Canonicorum Cathedralis, & si ex forma Coadjutorie colligatur ipsi Coadjutori concessa fuisse omnia privilegia, quæ habent Canonici; Sac. Cong. in *Barbaric. ubi propositio dubio, an Episcopus possit per se sine Adjunctis procedere contra Coadjutores Cathedralis, Die 9. Novembris 1630. censuit, Episcopus non posse procedere contra hujusmodi Coadjutores absque Adjunctis, quatenus ex forma Coadjutorie ipsi concessa fuerant omnia privilegia, quæ habent Canonici. Nequit Episcopus sine Adjunctis invocare ad se causas pendentes contra Capitulares exemptas coram Vicario Foraneo procedente cum Adjunctis à Capitulo deputatis; Sac. Cong. Conc. in *Burgens. ubi quesitum fuit. Primo: An Archiepiscopus possit ad se avocare causas pendentes contra Capitulares exemptos coram Vicario Foraneo procedente cum Adjunctis à Capitulo deputatis. Secundo: An appellatio in talibus casibus post latam sententiam detur ad ipsum Archiepiscopum? Die 17. Septembris 1627. ad primum censuit, non posse Archiepiscopum avocare, ut cognoscat solus, sed bene cum Adjunctis. Ad secundum non dari appellacionem à Vicario ad Archiepiscopum, sed causam devolvi ad Sedem Apostolicam. Nequit Episcopus procedere contra Adjunctos Jurisdictionem suam perturbantes, nisi adhibeat in dicto Judicio alios Conjudices à Capitulo eligendos; Sac. Cong. Conc. in *Oriolen. 5. Aprilis 1631.* Nequit Episcopus, si iustis motivis allegatis suspectus, cognoscere de causis, nisi procedat cum Adjunctis; Sac. Cong. Episcop. in *Nuscana Gra-***

*Tridentino*, de que soy Protector, se previno en ella literal y expresamente, que para desterrar de una vez toda especie de imagen de sucesion en los beneficios ecclesiasticos, no se permitiesen en adelante semejantes Coadjutorias con futura sucesion: Vide tertiam add. hispan. verb. Canonicatus.

- Gravaminis Novemb. 1699. & in Sulmon. Redditionis rationis 5. Sept. 1692.*
- Episcopus duarum Cathedralium conjunctarum potest, in quilibet ipsarum maluerit, tribunal erigere, ibique in causis Capitularium procedere cum suis respectivè Adjunctis, non obstante consuetudine immemorabili in contrarium; per concilium enim est sublata immemorabilis quoad locum tribunalis, processus, & carceris, cum dict. *sess. 25. de reform. cap. 6.* statuatur, quod Episcopus procedere teneatur in *eius domo* &c. quæ non de materiali, sed de formali, ubi scilicet Episcopus cum sua familia eligit residere, intelligitur, ad l. Nec in ea §. sed domus ff. ad leg. Jul. de adult. & l. Lex Cornelia §. domum de injur. & famos. libell. datur enim optio Episcopo, vel Vicario, ut quo magis in loco velit, procedat contra Capitulares; & Episcopus potest sedere pro tribunali in quocumque loco sua diocesis maluerit, ex Sac. Cong. Conc. his verbis: *In causa Calvaten. ad instantiam Rote dubitatum fuit, an Conc. c. 6. sess. 25. sustulerit immemorabilem consuetudinem circa locum tractandi causas cum Adjunctis, & retinendi carcerem, quando, ut in illa causa, sunt due Cathedralis unite, & Episcopus pretendit habere Canoniam alterius civitatis in ea, in qua residet, carceratum, & ibidem tractari causam cum Adjunctis civitatis, de qua est carceratus Canonicus? Sac. Cong. Conc. 7. Sept. 1630. censuit sublata esse immemorabilem per Concilium in caru, & ad effectum, de quo agitur. Episcopus in visitatione, & causis Capitularium potest uti suo proprio Notario, ut expressè decrevit ipsum Concilium, coram Notario tamen ipsius Episcopi, dummodo non sit suspectus Capitulo, ut declaravit Sac. Cong. Conc. teste Armend. lib. 1. tit. 6. de Visit. n. 38.* Et potest etiam assumere suum proprium Fiscalem, (Vide add. hisp. in fin. verb. Accusare qui possit) qui intervenire solet in criminalibus Canonicorum reorum, vel alium quem magis voluerit deputare, nec teneri ad sumendum Capellanum de Choro, ut decisum fuisse à Sac. Cong. Conc. refert Armend. lib. 1. de Visit. l. 18. & lib. 7. de Episc. num. 91. & 92. in fin. Et in casu, quo ipse Fiscalis, vel præsertim Notarius esset declaratus suspectus, electio alterius Notarii spectabit ad Episcopum, ex Sac. Cong. Conc. teste Pignatell. tit. 9. consult. 119. n. 21. (Vide etiam add. hisp. verb. Notarius per tot. Non erit extraneum videre add. quintam hispan. verb. Clericus prope med.)
- Adjuncti possunt esse omnes, qui sunt de Capitulo, ut statuit expressè Concilium: *Eligat ex Capitulo duos.* Et etiam dignitates obtinentes in eadem ecclesia, licet Capitulares non sint; ut colligitur ex eodem Concilio, quod cum dicat, *qui verò non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, videtur insinuare, quod qui obtinent dignitates, licet Capitulares non sint, Adjunctorum prerogativa gaudere possint, ut solide resolvit Ludov. à Saravia tract. de Adjunct. jurisdictione. q. 21. num. 8.* Barbosa in *Conc. sess. 25. cap. 6. num. 51.* Et deducitur clare ex Sac. Cong. Conc. quæ mense Septemb. 1618. pro tertio eligendo Adjuncto in casu discordie inter Episcopum, & duos Adjunctos, statuit sic; *Sac. Cong. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit, tertium, qui eligitur in causa discordie inter Episcopum, & Capitulum ex præscripto cap. 6. sess. 25. ejusdem Concilii, debere Canonicatum, vel Dignitatem in eadem Ecclesia obtinere.*
- Adjuncti si ea de causa sine fraude tempore divinarum officiorum absint, privandi non sunt quotidianis distributionibus, ut solide resolvit Moneta de *distribut. quotid. part. 2. q. 8. num. 19.* Aloys. Ricc. part. 4. *sua praxi rerum fore Eccles. resol. 591.* Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 73. num. 6. & in *Conc. sess. 25. cap. 7. num. 8.* alii passim. Ipsi enim absunt propter ecclesie utilitatem ex officio sibi attributo. Cum istis duobus Adjunctis à Concilio præscriptis nedum Episcopus, sed etiam ejus Vicarius, procedere potest contra Capitulares, ut habetur expressè ex verbis Concilii: *vel ejus Vicarius.* Et etiam Vicarius Capitalaris Sede vacante, cum quantum ad hanc Jurisdictionem plene succedat Episcopo, ut cum Adjunctis, vel sine illis possit procedere in omnibus casibus, in quibus cum Adjunctis, vel sine illis poterat procedere Episcopus, ut decisum fuisse à Sac.

Congr. Conc. refert Ludovic. *tract. de Jurisd. Adjunct. q. 17. num. 35.* & cum aliis tenent Barbosa in *Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 6. num. 14.*

Electio Adjunctorum, tamquam Coniudicum utrum assistat, an resistat jus commune, vide Piton. *discept. Eccles. 16. per tot. Rot. coram Molines decis. 761. à num. 6. ad plur. q.*

Quod scribit Auctor num. 35. Adjunctos esse posse omnes de Capitulo, intelligit de illis, qui verè sunt de Capitulo. Quocirca elegi in Adjunctos possunt Canonici, qui cum Prælo efformant Capitulum, non item alii Beneficarii Assisii dicti, nisi statuto, vel consuetudine faciant cum aliis Capitulum, ut tradit Loter. *de re benefic. lib. 1. quest. 25. num. 63. & req.*

Vicario Capitalari recusato, non esse illi dandos Adjunctos, sed recurrendum esse ad Capitulum, ut eligat Arbitros pro cognoscendis causis suspicionum, & alteri non suspecto causam deleget, firmat Piton. *discept. Eccles. 124. per tot. & T*

ADMINISTRATIO, ADMINISTRATOR.

SUMMARIUM.

- ADMINISTRATORES locorum, & legatorum piorum, in quo subjecti esse debeant, & dependere ab Ordinariis, ad num. 14.
- Quid de piis locis existentibus sub immediata Regum protectione, ad num. 18.
- Administratores ubi, & quomodo reddere debeant rationem suæ administrationis, ad num. 24.
- An possint removeri, si male se gessisse reperiantur.
- Episcopus pro hujusmodi computorum revisione nihil potest exigere.
- Regulares an possint esse Administratores honorum monialium sibi subjectarum, ad num. 30.
- Episcopus debet exigere rationem administrationis habitæ à capituli deputatis sede vacante, ad n. 33.
- Supplementa ex aliena manu, ad num. 44.

ORDINARIUM locorum possunt exigere juramentum de fidelitate administrandi ab omnibus administratoribus locorum, & legatorum piorum; Sac. Cong. Conc. in *Aliphana 18. Julii 1705. & 8. Maji 1706.* Possunt ab ipsis rationes, & computa administrationis exigere, tam in visitatione, quam extra, etiam per suum delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis. Conc. Trid. *sess. 22. cap. 8. & 9. de reform. Sacr. Cong. Conc. in Hispanens. 11. Januarii 1695. & in Ferentina 15. Martii 1674.* Sacra Congr. Episcop. in *Casaraugustana. 29. Novemb. 1588. & Sacra Congr. Immunit. 4. Septemb. 1668. in Carinolen.* Ordinarii non obstante quod à testatore, & lege foundationis, excludantur expressè ad revisione computorum administrationis, possunt supplere negligentiam executorum, & administratorum, & illos removere, si malè administrant, & ab illis possunt rationem exigere, etiamsi defunctus disposuisset, quod legatum esset nullum, quando se immisceret Episcopus, & rationem requireret ab executoribus, & administratore, quem voluit, & vult ab nemine posse cogi ad reddendam rationem. Sic deducitur ex cap. Tua nobis de *testament. ubi Pagnan. num. 16.* ita decisum fuisse testatur his verbis: *Et rursus cum quaestione esset, an Episcopus in fundatione exclusus à visitatione Hospitalis, quia in fundatione sui cautum, ne se administrationi, & visitationi, aut correctioni immisceat, possit se immiscere in casu negligentie administratorum? Sac. Congr. censuit posse juxta caput Tua nobis de *testam. Et hæc decisio fuit iterum confirmata à Sac. Congr. Concil. in una Civitatis Plebis 10. Decembris 1695.* in qua bis resolvit, Episcopum, tamquam executores omnium legatorum piorum, posse ad formam dicti cap. Tua nobis de *testam. cogere administratores ad exequendam, & adimplendam testatoris voluntatem, non obstante quod expressè excluderetur in testamento. Et ratio-**



tio est, quia exactio computorum administrationis est manus publicae potestatis introductum ad bonum commune, unde a privato testatore impediri nequit; privata enim restatoris dispositio non potest generalem constitutionem legis, vel canonis immutare, & ideo voluntati defuncti irrationabili standum non est, licet expressè, & absolute disposuisset, ut dicebamus, quod si legatum irritum esset, & in diversam causam bona ejus expendere, ut solide defendunt Molina *disp. 251. num. 8. Pirhing. de testament. ad finem. Passerin in cap. Religiosus §. Sane n. 106. cum seq. de testam. in 6. Piasec. praxis Episc. p. 1. cap. 3. art. 5. de visitat. benefico. simpl. n. 9. Silvester verb. testam. 2. q. 8. circa finem arg. Clement. unic. hoc tit. & Audent. Licet eod. de Episcop. & Clericis, & cum multis aliis Barbosa *Juris Eccl. univers. tom. 2. lib. 3. c. 27. n. 41. & 42. Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 26. n. 821.**

Ab Ordinariis potest ordinari, quod administratores locorum pium singulis annis rationem reddere teneantur; Sac. Congr. Conc. in *Mediolan. 9. Augusti 1569.* apud Pignatell. *cap. 7. consult. 15. num. 29.* Item administratores locorum pium privatorum, qui secundum juris communis dispositionem visitari non possunt, ad redditionem rationis per Ordinarium cogi possunt juxta terminos Trid. *cap. 9. sess. 22. de reform. quod loquitur absolute, & absolute debet intelligi, nulla habita ratione juris communis; Sac. Congr. Conc. in dicta Mediolan. 9. Augusti 1569.* Administratores pium locorum etiam exemptorum nullam rationem reddentes, Episcopo post hoc eam reddere tenentur. Quod si illis eam reddere consueverunt, cum illis adhibendus erit etiam Episcopus principaliter; & non solum in ratione reddenda adhibendus est Episcopus, verum etiam in deliberatione facienda, nec satis erit deliberatio faciendae deputatis. *Sic in d. Mediol. 23. Aug. 1576. (Supra antecedentia contrariae dispositionis notatur in verb. Capella, Capellanus militum, judicium & visitare in addit. hispan.)* Ordinarii possunt compellere Syndicos, & ministros monasterii monialium Regularibus subiecti ad exhibendos libros receptorum, & expensarum dicti monasterii pro redditione rationis administrationis bonorum illius, etiam sine praesentia Ministri Provincialis, cui subest dictum monasterium, quatenus interpellatus recuset interesse; Sic Sac. Congr. Concil. in *Forosempron. 11. Mart. 1662. & Urbinate. 10. Mart. 1663. ad cap. 9. sess. 22. de reform.* Et sic etiam statuatur Greg. XV. *constit. incip. Inscrutabili*, tribuens facultatem Episcopis, ut adhibitis etiam Superioribus Regularibus possent compellere tales administratores ad reddendam rationem singulis annis suae administrationis, & ex rationabili causa eos amovere, si Superiores Regulares prius admoniti id facere detrectave-

Ordinarius in pium locorum visitatione se fundat de jure. An verò, dum subsunt immediata Regum protectioni, exemptio, sive immunitas a visitatione, ortum unde ducat, hic praetermittitur; praeterendum non est, exempta pia loca, & legibus roborata agnoscit: capellae scilicet, regiaque hospitalia supra Regis auctoritate visitantur (1); in Abbacia vulgò *Ronces-Valles*. R. Nuntii Apostolici interventa, Regiaque Majestatis proceditur (2); si in domus Sanctorum Lazari, & Antonii reflectitur, palam erit, visitationem non aliter fieri, quam per personam a Regio Consilio deputatam (3); bonorum visitatio ad fabricas ecclesiarum, hospitaliumque Indorum attinentium, quavis sint regii patronatus, Ordinariis incumbit: dummodò persona per eundem patronatum in reddendis rationibus assistentiam praestiterit (4).

(1) *Rem. 10. tit. 6. lib. 1.* Las Capillas, y Hospitales Reales se visitan por comision del Consejo de la Cámara, y en ella se determinan, y se procede a la execucion.

(2) *Aud. Ac. 3. ejusdem.* En lo de la Visita de Ronces-Valles, atento lo que resultó de cierta peticion: se acordó, que convenia, y era necesario para el remedio de los daños, y faltas, que se entendié hay en la Abadía de Ronces-Valles, en iglesia, casa, hacienda, y vida de los Canonigos, y del recogimiento que deben tener, se visite la dicha casa en todo lo susodicho, y Abad que ahora es, de manera, que sea in capite, & in membris; y para ello se nombre persona de bastante qualidad, que con provision del Nuncio, y Cedula mia la haga:

(3) *L. 4. ejusd.* Las casas de San Lazaro, y San Anton de estos Reynos, que son de nuestro patronazgo, tenemos por bien, y nos place de las mandar visitar por

rint, vel neglexerint, & non teneri ejusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinquere arbitrio, & prudentiae Episcoporum, quorum conscientiam Sac. Congr. serio oneravit, ne facultate sibi in hac parte attributa, quoquo modo abutantur, ejus rei in districto Dei iudicio rationem redditur, ut declaravit Sac. Congr. Conc. *1623. in resp. ad 22. Vide Peyrin. fol. 342.*

Redditio rationis administrationis danda est Ordinariis etiam a locis, quae sunt sub immediata Regum protectione. Et ratio est, quia exceptio locorum, quae sunt sub immediata Regum protectione, non legitur, nisi in *cap. 8. sess. 12. de ref. in quo capite, uti legenti patet, agitur tantum de jure visitandi, non autem in cap. 9. ejusdem sessionis, ubi agitur de rationibus Ordinario reddendis. Caput enim 8. restringit se ad dispositionem juris communis, dicens: In casibus a jure communi concessis, sed cap. 9. loquitur indistincte, & generaliter etiam in casibus a jure jam non concessis, ut pluries declaravit Sac. Congr. Conc. & expressè in *Gravinen. 9. Aug. 1569.* Et ideo ut refert Pignatell. *tom. 1. consult. 45. Sac. Congr. Conc. saepius respondit, & signanter in Neapolitana ut sequitur; Sac. Congr. Conc. censuit cap. 8. sess. 22. de ref. Conc. Trid. intelligi, & habere locum in casibus a jure communi permissis. Licere tamen Ordinariis ab eis rationem administrationis exigere ex decreto c. 9. ejusd. sess. nullam habita ratione juris communis. Ex quo patet, dicit citatus D. Concilium ampliore facultate tribuisse Episcopis in rationibus exigendis, quam in visitatione priorum locorum, ideoque non mirum, si quoad visitationem excipit loca sub regum protectione existentia, secus verò quoad reddendas rationes, ut etiam notavit Barbosa *collec. 13. Apostol. decisionum, verb. Administrator, ubi affert decretum supradictae Cong. Conc. 11. August. 1618.***

Et circa haec pia loca existentia sub immediata protectione Regum advertendum est, quod ad hoc etiam ut sint immunita a visitatione Ordinariorum, debent esse talia a primæva sua fundatione, cum hac protectio non concedatur nisi a Sede Apostolica, & in ipso actu fundationis dumtaxat: Si enim alia pia loca, aut ecclesiae, & hospitalia accipiuntur ex post a Rege sub immediata sui protectione, non eximuntur a jurisdictione ordinarii, ut patet in responsionibus datis ad sequentia dubia. In una *Messan. fuit dubitatum primo: "An hospitale, aliàs non exemptum, si accipiatur a Rege sub immediata sui protectione, eximatur a Jurisdictione Ordinarii ita ut ab eo visitari non possit juxta Sacri Conc. Trident. dispositionem sess. 22. cap. 8. de reformat. Secundo: An hospitale, in quo Rex habet Jus patronatus, si aliàs exemptum non fuerit, visitari possit ab Ordinario? Tertio: An per immemorabilem consuetudinem non visitandi ali-*

quod hospitale excludatur Ordinarius a Jure illud in primum visitandi?" die 11. Dec. 1621. S. Cong. Conc. ad posterum dubium respondit: "Hospitale aliàs non exemptum non ideo esse immune ab Ordinarii Jurisdictione, nisi acceptum fuerit a Rege sub immediata ejus protectione, ac propterea hoc non obstat quominus ab Archiepiscopo visitari valeat: Ad secundum: Hospitale, in quo Rex habet Jus patronatus, si aliàs exemptum non fuerit, utique posse ab Ordinario visitari. Ad tertium: Eiusmodi consuetudinem etiam immemorabilem esse sublatam decreto capituli 8. sess. 22. de ref. ac proinde per eam nequaquam excludi Ordinarium a jure hospitalia visitandi." Et ratio est, quia Concilium *cap. 8. sess. 22. de ref. in quo excipiuntur loca, quae sub protectione Regum existunt, nequaquam jurisdictioni Ordinarii in aliquo derogavit, aut detrahit respectu talium locorum, ut respondit Sac. Congr. Conc. 12. Dec. 1601. in una Neapolitana. Nec tribuit aliquam novam exemptionem praedictis locis, sed tantum praeservavit, si quam prius habebant, ut saepius declaravit Sac. Congr. & signanter se diligenter examinata die 12. Decemb. 1601. in eadem Neapolitana.*

Ordinarii possunt cogere quoscumque administratores pium locorum, & ecclesiarum, immò etiam Canonicos Cathedralis ad exhibendos, & asportandos libros administrationis etiam ad Palatium episcopale, si sint in loco residentiae, & permanentis Episcopi, Sac. Congr. Concil. in *Narnien. 8. Augusti 1693. in montis Falisci 27. Augusti 1695. in Hispanens. 18. Augusti 1695. & in Calaguritana Visitacionis 18. Junii 1701.* Et si valde longe distent ipsi administratores a civitate, seu a loco residentiae Episcopi, non debent cum nimio incommodo accesseri ad civitatem, sed in eo loco debet aliquis deputari ad ipsos computus recipiendos. Sac. Congr. Concil. in *Cajetan. 12. Julii 1599. & in S. Agathe Gothor. 27. Septemb. 1687.* Ad hunc finem reddendi fideliter quotannis suos computus, & rationes, tenentur omnes administratores conficere librum rationum, l. 1. §. Officio ff. de tutor. & rat. distrab. Rot. Roman. part. 1. recentior. *decis. 540. n. 4.* Qui liber debet continere data, & accepta, ex qua causa nominatim, & qua die, aliter non dicitur legitime conscriptus, nec legitime reddita ratio, l. Cum servus ff. de condit. & demonstrat. Rota Roman. part. 1. recent. *decis. 540. num. 5.* Nec sufficit, si loco libri exhibentur paginae quaedam manu administratoris conscriptae, nam folia, & lista non sufficiunt pro ratione reddenda, Rota part. 1. recent. *dict. decis. 540. numer. 4.* Nec possunt ipsi administratores exhibitionem librorum, & redditionem rationum faciendam Episcopo effugere praetextu, quod soliti fuerint ipsos computus, & rationes reddere aliis, quia vigore Concil. Trident. principaliter in illis est adhibendus Episcopus, & specialiter ipsis est sic reddenda ratio. Sac. Congr. Concil. in *Conversan. 2. Martii 1697. & in Dilectiana 20. Martii 1700.* Immò si reperti fuissent, quod in administratione male se gessissent, possent ab Episcopo amoveri, etiamsi essent dati a testatore, cum prohibitione, ne rationes reddere tenerentur Episcopo; colligitur ex *c. Tua nobis 17. de testam. ubi habetur: licet etiam a testatoribus id contingeret interdici, & ex Clement. unic. in fine de testam. ubi habetur quoscumque non obstante. Sic tenent Pignatell. tom. 8. consult. 17. num. 9. Monacell. part. 1. tit. 1. form. 14. num. 6. & 42. Vide supra sub num. 3. 4. & 5. Pro labore autem revisionis computorum locorum pium, nequeunt Episcopi aliquam mercedem, seu propinam exigere, sed hoc minus gratia tenentur implere, non obstante quocumque contraria consuetudine, prout mandat taxa Innocentiana. Et ratio est, quia Ordinarius habet redditus mensae, ut onera officii, sustineat; cap. Statutum de rescript. in 6. & Sac. Congr. Concil. in *Paron. 4. Martii 1690.**

Regulares quavis ex constit. Gregorii XV. incipient, Inscrutabili supponantur posse esse administratores bonorum temporalium monasteriorum monialium sibi subiectarum, his verbis §. V. expressis: *Administrantes bona ad hujusmodi monasteria Sanctimonialium etiam Regularibus subiectarum pertinentia, sive Regulares existe-*

rim, sive seculares: tamen nullimodè videtur expedire, quod ad tales administrationes monasteriorum, & aliorum exterorum locorum pium procuratorias, & factorias deputentur, cum tales administrationes, & factoriae ipsos nimis distrahant a regulari disciplina, & monastica observantia. Immo Sellius in *select. canonic. cap. 20. num. 3.* Gavant. in *Manual. Episc. verb. Monialium cura in temporalibus*, Joannes Maria Novarius in *lucerna Regularum, verb. Administratores n. 1.* Barbosa in *collec. decisio. apostol. colection. 13. verb. Administrator, dicitur à Sacra Congregat. Concil. fuisse decusum non posse Regulares quoscumque, cujuscumque gradus, & praereminentiae, etiamsi Superiores fuerint, deputari pro administratoribus bonorum temporalium Monialium. Et Fratris Minoribus est expressè prohibitum ab Innocentio IV. qui statuit, quod in monasteriis Monialium, in quibus praedicti Fratres Minores deputati fuerint servitio Monialium, in spiritualibus dumtaxat deserviat; sic ipse *con. 495.* & sub gravissimis penis fuit interdictum à Cardinali Matthæo Ordinis Protectore in suo decreto *incip. Hieronymus tituli Sancti Pancratii*, confirmato ad literam à Clement. VIII. in *sua constit. incip. Romanus Pont. decet.* Et generaliter loquendo administratio temporalium non solet concedi Regularibus à Pontifice, & si aliquando adducatur concessa, praesumitur falsa, ex *c. Ad notram de confirmatione utili &c. ubi habetur praecisa verba: Quidam Canonici Neman. Ecclesiae à nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suae conditione suppressa. Cum igitur Regularibus personis non consueverit apostolica Sedes aliqua personaliter confirmare, mandamus quatenus confirmationes, quas ab ipsis Canonice (cum Regularibus existant) noveritis taliter imperatas, denunciatis irritas, & inanes.**

Episcopus per se exigere potest rationem administrationis à Vicario Capitulari, & ab omnibus officialibus, seu administratoribus Sede vacante à Capitulo deputatis, ac illos in aliquo delicto culpabiles repertos punire; habetur expressè à Concil. Trident. *22. de reformat. capit. 16.* his verbis: *Episcopus verò ad eandem ecclesiam vacantem promotus, ex eis, quae ad eam expectant, et eidem Oeconomus, Vicario, & aliis quibuscumque officialibus, aut administratoribus, qui Sede vacante fuerint à Capitulo, vel aliis in ejus locum constituti, etiamsi fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, quae cujuscumque eorum numeris, possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiamsi praedicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eadem absolutio-*

Immò nedum Episcopus potest, sed etiam debet syndicatam facere Vicario, & aliis officialibus Capituli, quia Concilium non consulti, aut hortatur Episcopus, ut recipiat rationem administrationis officii à Vicario, & aliis officialibus, seu administratoribus à Capitulo deputatis; sed ei praecipit, & imperat, ut patet ex illis verbis *rationem exigat.* Et per consequens secundum multos Episcopus scienter & negligenter omittens hanc rationem administrationis exigere contra praecceptum Concilii, non est immunis à culpa, etiam gravi, ex textu satis claro in *cap. Nullis fas dist. 19. & aliis Juribus ad hoc probandum adductis à Fagnan. in cap. Quoniam n. 22. de Constit. & in cap. A crapula n. 21. de vita, & honestate Clericor. & in Monacell. tom. 3. tit. 1. form. 41. n. 1. & 2.* Designato ab Apostolica Sede minore in futurum ecclesiae Praesulem, eidem administrator tam in spiritualibus, quam temporalibus deputatur; spectat vero hac deputatio ad Apostolicam Sedem *cap. Eccles. Cathedral. de supplen. neglig. Pralat. in 6. cap. Is cui 42. de cleb. in 6.* Rebuffi *tracl. de nominat. quest. 8. num. 29.* Ad signaturque administratori congrua ex redditibus ecclesiae, Rigant. in *resg. Cancell. 8. §. 2. num. 30. tom. 2.* Aliquando permittit Sedes Apostolica capitulis, vel Nuntiis apostolicis, ut dictos administratores deputent, à se tamen confirmandos suo arbitrio, Rigant. in *resg. Cancell. 8. n. 40. tom. 2.*

Quenam vero sint facultates hujus administratoris ex-

rim, sive seculares: tamen nullimodè videtur expedire, quod ad tales administrationes monasteriorum, & aliorum exterorum locorum pium procuratorias, & factorias deputentur, cum tales administrationes, & factoriae ipsos nimis distrahant a regulari disciplina, & monastica observantia. Immo Sellius in *select. canonic. cap. 20. num. 3.* Gavant. in *Manual. Episc. verb. Monialium cura in temporalibus*, Joannes Maria Novarius in *lucerna Regularum, verb. Administratores n. 1.* Barbosa in *collec. decisio. apostol. colection. 13. verb. Administrator, dicitur à Sacra Congregat. Concil. fuisse decusum non posse Regulares quoscumque, cujuscumque gradus, & praereminentiae, etiamsi Superiores fuerint, deputari pro administratoribus bonorum temporalium Monialium. Et Fratris Minoribus est expressè prohibitum ab Innocentio IV. qui statuit, quod in monasteriis Monialium, in quibus praedicti Fratres Minores deputati fuerint servitio Monialium, in spiritualibus dumtaxat deserviat; sic ipse *con. 495.* & sub gravissimis penis fuit interdictum à Cardinali Matthæo Ordinis Protectore in suo decreto *incip. Hieronymus tituli Sancti Pancratii*, confirmato ad literam à Clement. VIII. in *sua constit. incip. Romanus Pont. decet.* Et generaliter loquendo administratio temporalium non solet concedi Regularibus à Pontifice, & si aliquando adducatur concessa, praesumitur falsa, ex *c. Ad notram de confirmatione utili &c. ubi habetur praecisa verba: Quidam Canonici Neman. Ecclesiae à nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suae conditione suppressa. Cum igitur Regularibus personis non consueverit apostolica Sedes aliqua personaliter confirmare, mandamus quatenus confirmationes, quas ab ipsis Canonice (cum Regularibus existant) noveritis taliter imperatas, denunciatis irritas, & inanes.**

Episcopus per se exigere potest rationem administrationis à Vicario Capitulari, & ab omnibus officialibus, seu administratoribus Sede vacante à Capitulo deputatis, ac illos in aliquo delicto culpabiles repertos punire; habetur expressè à Concil. Trident. *22. de reformat. capit. 16.* his verbis: *Episcopus verò ad eandem ecclesiam vacantem promotus, ex eis, quae ad eam expectant, et eidem Oeconomus, Vicario, & aliis quibuscumque officialibus, aut administratoribus, qui Sede vacante fuerint à Capitulo, vel aliis in ejus locum constituti, etiamsi fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, jurisdictionis, administrationis, quae cujuscumque eorum numeris, possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint, etiamsi praedicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eadem absolutio-*

Immò nedum Episcopus potest, sed etiam debet syndicatam facere Vicario, & aliis officialibus Capituli, quia Concilium non consulti, aut hortatur Episcopus, ut recipiat rationem administrationis officii à Vicario, & aliis officialibus, seu administratoribus à Capitulo deputatis; sed ei praecipit, & imperat, ut patet ex illis verbis *rationem exigat.* Et per consequens secundum multos Episcopus scienter & negligenter omittens hanc rationem administrationis exigere contra praecceptum Concilii, non est immunis à culpa, etiam gravi, ex textu satis claro in *cap. Nullis fas dist. 19. & aliis Juribus ad hoc probandum adductis à Fagnan. in cap. Quoniam n. 22. de Constit. & in cap. A crapula n. 21. de vita, & honestate Clericor. & in Monacell. tom. 3. tit. 1. form. 41. n. 1. & 2.* Designato ab Apostolica Sede minore in futurum ecclesiae Praesulem, eidem administrator tam in spiritualibus, quam temporalibus deputatur; spectat vero hac deputatio ad Apostolicam Sedem *cap. Eccles. Cathedral. de supplen. neglig. Pralat. in 6. cap. Is cui 42. de cleb. in 6.* Rebuffi *tracl. de nominat. quest. 8. num. 29.* Ad signaturque administratori congrua ex redditibus ecclesiae, Rigant. in *resg. Cancell. 8. §. 2. num. 30. tom. 2.* Aliquando permittit Sedes Apostolica capitulis, vel Nuntiis apostolicis, ut dictos administratores deputent, à se tamen confirmandos suo arbitrio, Rigant. in *resg. Cancell. 8. n. 40. tom. 2.*

Quenam vero sint facultates hujus administratoris ex-



38 ponit Bonifacius VIII. in cap. Is cui. 42. de elect. in 6. Possunt Beneficia conferre, eorum permutationes recipere, Paris. de resignat. lib. 7. quast. 24. num. 17. Leuren, de potestate Vicar. in re benef. Rot. decis. 424. tom. 4. coram Ansaldo. Item possunt admistratores in spiritualibus Vicarios generales in propria diocesi constituere, Sbroz. de Vic. Episc. lib. 1. quast. 18. num. 7. Rigant. in reg. Cancell. 8. tom. 2. num. 46. quem plura de administratore ecclesie cathedralis vel metropolitane disserent ibidem consulas.

41 De administratoribus ecclesiarum queri solet, num iisdem permissum sit retinere aliquam portionem elemosynarum missarum pro expensis mantentionis ecclesie altarium, inservientium, omniumque utensilium? Urbanus VIII. decreto sancivit, permittendum non esse, ut ecclesie, aut loca pia, seu illorum administratores de elemosyna missarum celebrandarum ullam utcumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas rubeant in missarum celebratione. Ac paulo post: Nisi cum ecclesie & loca pia alios non habeant redditus, quos in usum earundem expensarum erogare licite possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, que pro ipsomet tantum missa sacrificio necessario sunt subeunda. Et tertio subiecit: Et nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecuniis, quas supersunt, expensis ut supra deductis, absolute tot missa celebrentur, quot prescripte fuerint ab offerentibus elemosynas.

44 In hac sententiam edictum quoque tulit Clemens XI. die 23. Decemb. anno 1706. Extat etiam decretum Sac. Congr. die 14. Maji anno 1729. Consule Benedic. XIV. Instit. eccles. inst. 56. n. 13. (Ad n. 22. 23. Vide l. 99. §. 102. tit. 18. p. 3. Reg. Sched. verb. Judex. Ad n. 30. Vide add. hisp. verb. Parochus, art. 2. Ad n. sig. usque ad 34. leg. 4. §. 6. r. 22. p. 1. 4. r. 3. lib. 1. Ord. Reg. cum add. v. Notarius, l. 6. r. 3. lib. 1. Cast. in v. Non omni.)

ADULTERIUM.

ARTICULUS I.

Adulterium, quoad ejus esse, & divisionem.

SUMMARIUM.

- 1 ADULTERIUM quid sit.
- 2 Adulterium aliud est simplex, & aliud est duplex, & quale sit utrumque.
- 3 Adulterium duplex est necessario in confessione apeririendum.
- 4 Qui concubuit cum conjugata, etiam consentiente marito, committit adulterium.
- 5 Qui accedit ad suam uxorem, putans se accedere ad alienam, committit adulterium objective.
- 6 Conjug in actu conjugalium cum sua, se morose delectans in alta velut presentie, addit speciem adulterii in confessione explicandam.
- 7 Adulterium etiam concupiscentia committitur.
- 8 ADULTERIUM est illicitus concubitus cum persona conjugata: caus. 32. q. 4. cap. Nemo blandiatur. (L. 1. tit. 7. lib. 4. For. reg. L. 1. tit. 17. part. 7. L. 1. tit. 20. lib. 8. Recop. Cast.) Adulterium aliud est simplex, & aliud est duplex. Adulterium simplex est, cum solutus concubuit cum conjugata, vel conjugatus cum soluta; adulterium duplex est, cum conjugatus concubuit cum conjugata. Et hoc secundum est necessario in confessione aperiendum quia tunc duae injurie committuntur in utriusque conjugem innocentem, ac fidem duplicem conjugalem, duplexque sacramentum Matrimonii; sic passim DD. cum Azorio, Lessio, Filliuccio, Bonacina, Lugo, Dicastill. & La Croix lib. 6. part. 2. num. 105. Qui concubuit cum conjugata, etiam consentiente marito, committit adulterium, quia adhuc irrogat magnam injuriam fidei conjugali, & sacramento Matrimonii, & ideo ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. fuit merito damnata sequens propositio

50. in ordine: Copula cum conjugata consentiente marito non est adulterium, adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicarium. Qui accedit ad suam uxorem, putans se accedere ad alienam, committit adulterium, non quidem relictis, sed objective. Burghaber centur. l. cas. 70. La Croix lib. 6. p. 2. n. 1032. & alii passim. Sicuti si conjux in actu conjugalium cum sua se morose delectet in alia, velut presentie, etiam addit speciem adulterii in confessione explicandam. Sanchez mox citandus, Burghaber l. e. La Croix l. e. & alii passim. Adulterium etiam concupiscentia committitur caus. 32. q. 5. e. Qui videtur; & sic tenet Sanchez de matr. lib. 9. dist. 17. n. 6. Burghaber centur. l. cas. 70. Claudius, La Croix, Vasquez, Castropalaus, Mendo, & alii magis communiter, quia fides Matrimonii exigit, ut conjux nequidem mentem, sive cogitationem simplicem ponat in alia, mutuo enim sibi tradunt non tantum corpora, sed etiam animos. Hinc peccatum non solum contra castitatem, sed etiam contra justitiam conjugatus, qui delectatur de copula cogitata, & imaginaria cum uxore aliena; eo quod uxor per matrimonium non solum sibi obligavit maritum quoad corpus, sed etiam quoad affectus tendentes ad rem venerem. Quod verum est adhuc, si in delectatione illa sistat, quin progrediatur ad desiderium.

Adulterium, ut nonnulli voluerunt, inde dictum, quod adulter uterum alterius terat. Pudicus Alecius 7. Parerg. 5. tradidit, quod sit ad alterius thorum, vel ut alii brevis, ad alterum ire. Est ergo adulterium, ut inquit Auctor, vitio eius, quae alteri nuptia est. Jure Romano adulterium in nuptiam tantum committebatur l. 6. §. 1. ff. ad leg. jul. de adul. & dicebatur adulter, qui corrumpebat alienam matrem familias l. 225. ff. de V. S. (vid. leg. sup. citatas) strupator, qui virginem, viduamve d. leg. 6. §. 1. leg. 34. ff. ad leg. jul. de adul. tit. 19. p. 7. Id vero perpetuum non fuit, utroque enim verbo lex julia promiscue, & utriusque utitur, l. 101. ff. de V. S.

Ecclesie vero Patres recte constituerunt, a marito quoque adulterium in inuptiam committi, quia in novo foedere summa matrimoniorum esset sanctimoniam, & monogamie repugnaret, fidem uxori presantiam violare vago concubitu. Vide Tertullianum de Monogam. cap. 9. Lactantium lib. 6. divin. institut. cap. 23. & in lib. de bono conjug. cap. 4. tom. 6. pag. 321. Unde enata distinctio inter adulterium simplex, & adulterium duplex, quam refert Auctor: Hac tamen distinctio in foro, ut loquuntur poli, non fore procedit: coram coelesti tribunali adulter erit, qui sua non contentus in aliis rumpit latus; non tamen in tribunali seculi poenam adulterii patietur, nisi libidinem expleverit cum aliena matrefamilias. Consule Clarum lib. 5. Sent. §. Adulterium, num. 2. Cacciaiupum in reper. leg. Si qua illustris, num. 58. Cod. ad S. C. Orfie. Farinacium quest. 141. num. 66. & seq. Antoni. Matthaeum de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 1. num. 12.

Dividitur etiam adulterium in verum, & praesumptum, sed de divisione ista agemus in verb. Divortium. A lege julia de adulteris non coerceretur, quise junxisset ancillae, sive propriae, sive alienae, sed potius infamia quadam facti laborabat, & extra ordinem pro modo admissi criminis coerceretur, leg. ult. ff. de offe. Praesid. (leg. 2. tit. 19. part. 7. vide add. hisp. secundam verb. Dos. leg. 1. tit. 15. lib. 8. Ord. Reg.) A Domino ancillae actione de servo corrupto, aut legis ancillae, si immatura corrupta sit, aut injuriarum, si matura viro, conveniri poterat, leg. Inter liberas 6. leg. Stuprum 34. ff. ad leg. jul. de adulter. leg. Etsi libidine 25. ff. de injur. Cum libertina adulterium committitur, ut indicat Papinianus in leg. ff. ad leg. jul. de adul. nec refert ingenuo an libertino nupta sit, leg. Adulter. 38. ff. ad leg. jul. de adulter.

Nec cum femina vili atque abjecta adulterium committitur ex Constantini constitutione leg. Quae adnuptum 29. cod. ad leg. jul. de adulter. late & docte suo more Gothofredus, ad leg. q. cod. theod. tit. 6. leg. 1. Si pudicitiam prostituerit uxor alicujus, an incidant in legem juliam, tam ipsa, quam qui cum ea rem haberunt? DD. ferè unanimiter distinguendum censent, ut mu-

mulier quidem ob prostratam pudicitiam adulterii poena puniatur, necnon is qui primus eam corrumpit; reliqui moschi extra ordinem. Vide Clarum §. Adulterium, num. 27. in addit. Farinac. q. 141. num. 85. & seq. Distinguit verò Ant. Matthaeum de crimin. l. 48. tit. 3. cap. 1. num. 6. inter eam, quae marito deserto, passim & sine delectu, meretricio more se prostituat, & eam, quae stupratoribus quidem corpus committit, non tamen maritum deserit, nec passim, & sine ullo delectu id facit. In illam crimen adulterii cessare ait, in istam non. Posset & ex historia juris distingui inter eam, cui profiteri quæstum licuit, & eam cui non licebat. Illa si professa fuerit, infra legis curam est: non hæc. Profiteri autem quæstum vilioribus dumtaxat & plebeis licuit, non etiam honestioribus: fiebatque professio olim apud Aediles Tacit. 1. Annal. ex quo sanè liquet, non omnem quæ voigo corpus præbet, extra legis poenam esse, sed eas dumtaxat, quæ id facere prohibita non erant.

Cum uxore injusta an adulterium committatur? Ad Ant. Matthaeum de crim. dist. lib. 48. tit. 3. cap. 1. n. 7. Voet. Comment. in Pand. lib. 48. tit. 5. n. 7. Quæ verò apud Romanos diceretur conjux injusta, consule tum ipsum Ant. Matthaeum, tum Cujacium 6. observ. 16. & Brissonium in lib. singul. ad leg. jul. de adul. coercend.

Cum aliena concubina adulterium non est, quod non nisi in matrem familias committitur, leg. Si uxor 13. leg. Si quis uxorem 6. ff. ad leg. jul. de adulter. nam cum ea uxor non sit, lege julia de adulterii teneri nequit: immo neque stupri, committitur namque stuprum in virginem vel viduam honestè viventem: Concubina enim neque virgo est, neque vidua honestè vivens, leg. Item legato 49. §. Parvi autem ff. de legat. Igitur utrumque crimen & adulterii, & stupri cessare necesse est leg. 1. §. 1. ff. de concubin. leg. Cum tabulis 16. §. 1. ff. de his que ut in dñm. aufer.

An cum sponsa adulterium committatur? Frequentiori calculo interpretes probaverunt committi, teste Farinacio q. 141. n. 52. Confer Harprectum, ad Instit. lib. 4. tit. 18. §. Item lex julia 4. num. 24. & seq. Brunemanum Com. in Pand. lib. 48. tit. 5. ad leg. 3. n. 7. Non defuerunt quibus placuit, adulterium committi dumtaxat cum sponsa de presenti concordat lex 3. tit. 7. lib. 4. For. reg. lex 1. tit. 17. part. 7. lex 2. tit. 15. lib. 8. Ord. reg. lex 3. & 4. tit. 20. lib. 8. Recop. Cast.) non de futuro, Clarus dist. lib. 5. sentent. §. Adulterium, n. 8. Gomez ad leg. 80. Taur. n. 47. quorum sententiam impensè defendere conatus est Covarr. par. 1. de spons. & matrim. cap. 1. n. 6. cum seq. notatus à Franc. Sarmiento select. interpr. lib. 1. cap. n. 1. & seq. & ab Ant. Matthaeo l. c. n. 9. qui voluit, cum aliena quoque sponsa non adulterium in specie, sed potius stuprum proprie dictum committi.

Si quis se junxerit cum ea, quam bona fide putabat solutam esse, cum verè nupta esset, stupri, non adulterii tenetur, arg. leg. Hæc verba 12. & leg. penult. ff. ad leg. jul. de adulter. (leg. 5. tit. 17. part. 7.) Confer Farinac. quest. 141. n. 82. & seq. E converso si adulterare volens, præter spem stupraverit, tamquam adulterium puniendum esse voluit Farinacius dist. quest. 141. num. 101. à qua sententia divortium facit Anton. Matthaeus de crimin. lib. 48. tit. 3. cap. 2. num. 6.

Si maritus ab hostibus captus sit, aut suæ, publicæve rei causa diù abfuerit, & interim cum aliis uxor se commisit, non erit immunitis à legum poena leg. 13. §. Si quis planè ff. ad leg. ult. de adulter. (leg. 5. tit. 17. part. 7.) Confer canonico, verat enim quis canonicum uxorem absentis alii nubere, quatenus cum tempore abfuerit, antequam certum de morte mariti nunciu accepit, cap. In præsentia de sponsal. cap. Dominus de secund. nupt. (L. 8. tit. 15. lib. 8. Ord. reg.)

Quid pronuntiandum si quis duas simul uxores duxerit, stupri, an adulterii speciem dicemus? Stuprum appellat Imp. Valerianus & Gallienus in leg. Eum qui duas 18. cod. ad leg. ult. de adulter. & ita post Accursium pleque interpretes scipservimus, Gloss. in d. leg. 18. Clarus §. Fornicatio n. 31. Covarrub. de matr. part. 2. cap. 7. §. 3. n. 10. Non desunt tamen quibus contrarium

placuit, inter quos familiam ducit Menochius de arbit. jud. lib. 2. cent. 5. num. 105. & seq. Is existimat committere bigamum adulterium, poenam tamen arbitrio judicis infligendam esse, contra quam sententiam insurgit Anton. Matth. dist. lib. 48. tit. 3. cap. 1. n. 13. Sunt & alii, qui licet adulteri verè non sint, poena tamen adulterii puniuntur, de quibus consule sæpe laudatum Ant. Matthaeum loc. cit. num. 14. & seq. & Voetium com. in Pand. lib. 48. tit. 5. passim.

ARTICULUS II.

Adulterium, quoad ejus poenas.

SUMMARIUM.

- 1 ADULTERIUM semper fuit punitum gravissimis poenis.
- 2 Jure divino puniebatur lapidatione.
- 3 Jure civili legis julia poena erat ultimum supplicium.
- 4 Jure canonico dabatur publicè Clerico adultero penitentia decem annorum, & laico septem annorum.
- 5 Clericus adulter deponeretur, & laicus excommunicabatur.
- 6 Et approbata est poena ab Imperatore Justiniano statuta, ut adulter, vel adultera detrudatur in monasterium ad agenda perpetuo penitentiam.
- 7 Jure canonico auferitur adultero jus exigendi debitum conjugale, & conceditur quod innocens possit facere divortium quoad thorum, & habitationem, dummodo fiat auctoritate Judicis ecclesiastici.
- 8 Quoad hanc facultatem faciendi divortium maritus, & uxor sunt paris conditionis.
- 9 Propter adulterium adhuc uxor privatur dote, & maritus adulter donatione propter nuptias, sive dotalitio.
- 10 Per jus canonicum correctum est jus civile. Hinc non licet Patri, aut marito occidere adulterum deprehensum in fragranii cum filia, aut uxore adultera, ad n. 13.
- 14 Maritus occidens propria auctoritate uxorem adulteram neque excusatur totaliter à delicto etiam à jure civili, sed poena adhuc afficitur aliqua.

ADULTERIUM cum gravissimum sit peccatum caus. 32. 1. q. 4. cap. Nemo blandiatur, (leg. 19. tit. 2. p. 4. in princip. In proem. & leg. 1. d. tit. p. 7.) semper fuit punitum gravissimis poenis. Jure divino puniebatur lapidatione. Levit. 20. num. 10. Deuteronom. 22. n. 22. Daniel. 13. 42. & Joan. 8. num. 5. Jure civili legis julia poena erat ultimum supplicium leg. Quamvis 30. §. final. cod. ad leg. juliam de adulter. §. Item lex julia de adulter. instituit de publico. Jud. Jure canonico dabatur publicè Clerico adultero penitentia decem annorum, & laico septem annorum: cap. Presbyter d. 83. cap. Devotum 27. q. 1. Clericus adulter deponeretur, & laicus excommunicabatur: cap. Si quis Episcopus 27. quast. 1. Et approbata est poena ab Imperatore Justiniano Novella 134. statuta, ut adulter, vel adultera detrudatur in monasterium ad agenda perpetuo penitentiam, cap. Intelleximus 6. de adulteris, cap. Gaudemus de convers. conjug. cap. Censuit de appellat. Et jure canonico adhuc auferitur adultero jus exigendi debitum conjugale, & conceditur, quod innocens possit facere divortium quoad thorum, & habitationem: cap. Ex literis 5. de divort. 8. dummodo fiat auctoritate Judicis ecclesiastici: cap. Porro 3. de divort. (leg. 5. tit. 7. lib. 4. For. reg. Vide tertiam add. hisp. verb. Infamia.) P. Carolus Antonius Thesaurus lib. 2. de poenis ecclesiar. verb. Adulterium cap. 1. num. 5. ait ex Sanchez, non procedere hanc poenam in foro conscientie, donec conjux innocens adulterum repellat, constituto de adulterio. Certè convenit inter omnes adulterium posse petere: non enim absolute matrimonii usu privatus est, sicut si incestum committeret, vel castitatem voveret. Sed Sanchez lib. 1. disp. 68. n. 4. insuper solidis argumentis probat, adulterium non solum posse petere debitum ab uxore, sed etiam posse